Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mors illi ultra non dominabitur Quod enim mortuus est
peccato mortuus est semel: quod autem uiuit uiuit deo
sic et uos existimate uos mortuos quidem esse
peccato: uiuentes autem deo in xpo iesu domino nostro Gr
Committe domine alicui tuli et deprecare super seruos tuos V Domine
refugium factus es nobis a generatione et progenie Alla V Dominus
gentes plaudite manibus iubilate deo in uoce exultationis Sim
Dixit d·r·d·s Amen dico uobis Martim
nisi habundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pha
risaeorum non intrabitis in regnum celorum Audistis quia
dictum est antiquis·non occides: qui autem occiderit
reus erit iudicio Ego autem dico uobis: quia omnis
qui irascitur fratri suo reus erit iudicio Qui autem dixe
rit fratri suo racha: reus erit concilio Qui autem dixerit
fatue: reus erit gehenne ignis Si ergo offers munus
tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater
tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus
tuum ante altare: et uade prius reconciliare fratri tuo
Et tunc ueniens offere munus tuum Off Perficite gres
sus meos in semitis tuis ut non moueantur uestigia mea Inclina
aurem tuam et exaudi uerba mea mirifica misericordias tuas qui saluos
facis sperantes in te domine Sec Propitiare domine supplica
tionibus nostris: et has pro filii tui oblationes tremendis
assume: et ut nullius sit uiritim notum: nullius
uacua postulatio: per eundem dominum nostrum: ut quod fideliter petimus
efficaciter consequamur P com Quicquid et quotiens hoc
in tali memoriale eius hostiam iubilationis cantauerit et psalmum
dicam domino Compl Repleti domine muneribus sacris
tribue quesumus: ut eorum et mundemur effectu et munimur
Res feria iii Ad hebreos annuntiauimus P
Hal emus gratiam: per quam seruamus pla